

[17]. De salvo conductu.

Ut in utramque partem, circa rationem salvi conductus et securitati eorum, quibus inimicitiae denunciantur, provideatur, ut<sup>cw</sup> illi, quos poena manet, salvi conductus calumniis non involvantur innocenter, statuimus ut nullius salvi conductus poena incurratur, nisi qui fuerit publicatus et qui ex-se illo palam velit<sup>ex</sup> tutari.

[18]. De citationibus cum verbo praesertim.

Crebris saepe subditorum nostrorum nobilium querimoniis sollicitati, ut in capitaneorum iudiciis et officio nihil aliud<sup>ey</sup> in illos statuere permittamus, quam quod et<sup>ez</sup> deceat et ad illorum iudicium et officium in articulis iudicii et officii statuto expressis pertineat, decreto praesentis conventus sancimus, ut capitanei iniurias de rebus minutis, iugero, prato<sup>fa</sup> et id genus<sup>fb</sup>-particula universitatis bonorum<sup>fb</sup> non iudicent, sicut de violenta expulsione. Et ut cessen ille<sup>fc</sup> scribendi et citandi cum dictione praesertim. Sed officium iudiciumque<sup>fd</sup> suum intra metas statuto<sup>fe</sup> de articulis iudicii et officii capitanealis expressas tantummodo iudicandis contineant, neque plus a re iudicata seu scripturis quibusvis iudicibus exigant, quam quod iudiciis<sup>ff</sup> terrestribus a similibus exigi solet. In districtu autem suo quemque<sup>fg</sup> nobilem de eo pro quo citatus erit capitanei iudicent et ad aliud tribunal longius non trahant. Nam in consuetudine est, quod iudicia in districtibus de sex in sex septimanas in Maiori Polonia renovari debent<sup>fh</sup>.

Datum Cracoviae in conventione generali sabbato in crastino sancti Valentini anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo nono<sup>fi</sup> [15 II 1539], regni<sup>fi</sup> nostri anno<sup>fk</sup> fl-trigesimo tertio<sup>fl</sup>. Ad mandatum Regiae Maiestatis proprium<sup>fm</sup>.

## II. <sup>a</sup>CONSTITUTIONES CONVENTUS GENERALIS CRACOVIENSIS ANNO DOMINI M<sup>o</sup>XXXIX CELEBRATO<sup>a</sup>

Sigismundus Dei gratia <sup>b</sup>rex Poloniae, magnus dux Litwaniae<sup>c</sup>, Russiae, Prussiae ac Masouiae etc. dominus et heres<sup>b</sup>. Significamus tenore praesentium quorum interest universis, quia nolentes deesse reipublicae nostrae tantis discriminibus expositae, indixeramus generalem conventum Cracoviensem in quo una cum universis consiliariis et nuntiis anxie disquirentes et in medium consulentes de certo et firmo aliquo defensionis modo tandem ad infrascriptas constitutiones omnes convenimus et ut in executionem devenirent decrevimus.

[1]. Primum, ut contributio sit <sup>d</sup>decem octo<sup>d</sup> grossorum ex singulis laneis possessionatis et aliae exactiones quae in universalibus litteris nostris descriptae sunt et publicatae.

[2]. Deinde, ut pecunia in palatinatibus non in thesauro nostro militibus erogetur. Eaque contributio quae laudata est et constituta hoc modo et ordine infrascripto exigatur. Statuetur unus exactor qui publicas contributionum pecunias exiget, et alter dispensator qui ipsam pecuniam dispensabit et erogabit militibus mercenariis, qui in terris Russiae sunt militaturi, id tamen facient cum palatini seu castellani cuiusque palatinatus scitu et voluntate.

[3]. Exactores in omnibus palatinatibus habebunt pro mercede et expensis suis salarium inferius annotatum. Exactor terrae et palatinatus Cracoviensis ex nomine generosus Achacius Jordan, castellanus Zarnouiensis habebit pro mercede et expensis quadraginta quinque marcas pecuniarum. Exactor terrae et palatinatus Posnaniensis<sup>e</sup> ex nomine generosus Laurencius Pogorzelski quadraginta quinque marcas. Sandomiriensi duo erunt exactores ex nomine generosi Ioannes Lezenski capitaneus Przedborensis videlicet in districtibus Radomiensi, Opocznensi et

<sup>cw</sup> et VL. <sup>ex-ex</sup> illo velit sese palam VL. <sup>cy</sup> Brak w VL. <sup>cz</sup> Nadpisane w B. Czart.; brak w VL. <sup>fa</sup> pro rato MK<sub>1</sub>; pratis VL.

<sup>fb-fp</sup> particulis universitatem eorum VL. <sup>fc</sup> mos ille VL. <sup>fd</sup> et iudicium VL.

<sup>fe</sup> Statuti VL. <sup>ff</sup> in iudiciis MK<sub>2</sub>, VL. <sup>fg</sup> quemquam MK<sub>2</sub>; quemcunque VL.

<sup>fi-fi</sup> 1539 VL. <sup>ff</sup> regni vero VL. <sup>fk</sup> Brak w MK<sub>2</sub>. <sup>fl</sup> 33 VL. <sup>fm-fm</sup> Brak w MK<sub>2</sub>.

<sup>fh</sup> Tu kończy się tekst B. Czart.

<sup>a-a</sup> *Tytuł wzięty jest z MK<sub>2</sub>; podobne figuruje też w Dr<sub>1</sub> i Dr<sub>2</sub>. W VL tekst ten nosi tytuł: Constitutiones in conventu generali Cracoviensi, anno 1539 celebrato. W Dr<sub>2</sub>: [...] anno millesimo quingentesimo trigesimo nono celebrato. W Dr<sub>1</sub>: [...] 1539 celebrato. b-b WMK<sub>2</sub> etc. c Lithuaniae Dr<sub>2</sub>; Lithuaniae VL. d-d octodecem VL. e Poznaniensis Dr<sub>1</sub>.*

Chaczinensi<sup>f</sup> et <sup>g</sup>Ieronimus Chrastowski<sup>g</sup> in districtibus Sandomiriensi, Wislicensi<sup>h</sup> et Pilsnensi<sup>i</sup> et singuli sunt habituri per viginti quinque marcas et si alter eorum esse noluerit, unus habebit quinquaginta marcas. Calisiensis<sup>j</sup> ex nomine generosus Nicolaus Pothforowski<sup>k</sup> quadraginta quinque marcas pecuniarum pro mercede habebit. Siradiensis ex nomine generosus Stanislaus Gomolinski<sup>l</sup> notarius terrestris<sup>m</sup> Siradiensis quadraginta marcas. Lanciciensis ex nomine generosus Valentinus Nagorski triginta marcas pecuniarum. Brzestensis<sup>n</sup> exactor ex nomine generosus Hieronimus Makowyeczki<sup>o</sup> iudex Brzestensis viginti marcas. Iuniwladislauiensis ex nomine generosus Ioannes Moszczenksi<sup>p</sup> viginti marcas pecuniarum. Russiae ex nomine generosus Nicolaus Leszniowsky<sup>q</sup> iudex Leopoliensis quinquaginta quinque marcas. Lublinensis ex nomine generosus Iacobus<sup>r</sup> Oszmolsky<sup>s</sup> videlicet in districtibus Lublinensi et Urzandouiensi<sup>t</sup> eodem <sup>u</sup>marcae sedecim grossi triginta duo<sup>u</sup>, in districtu vero Lucouensi<sup>v</sup> nobilis Mathias Ivanowski<sup>w</sup> eidem <sup>x</sup>marcae octo grossi sedecim<sup>x</sup>. Belzensis et Chelmensis ex nomine generosus Petrus Marcinowski<sup>y</sup> tribunus Belzensis viginti marcas. Podoliae ex nomine generosus Andreas<sup>z</sup> Czirmyenski<sup>aa</sup> quindecem marcas. Plocensis ex nomine generosus Stanislaus Dlothowski viginti marcas. Mazoviae<sup>ab</sup> ducatus exactores centum marcas pro mercede omnes habebunt quodquod<sup>ac</sup> illorum <sup>ad</sup>sunt constituti. Constituti autem<sup>ad</sup> sunt ex nomine in terra Czirnensi generosus Ioannes Varschewiczki<sup>ae</sup>, in Lomensi generosus Alexander Ilowski<sup>af</sup>, in Zakrocziensi<sup>ag</sup> Iacobus Lelowski<sup>ah</sup>, in Ciechanouiensi<sup>ai</sup> Michael Czerniczki<sup>aj</sup> in Rozanensi Ioannes Podoski, in Varschouensi<sup>ak</sup> Valentinus Gloskowski<sup>al</sup>, in Visnensi<sup>am</sup> Georgius Gezowski<sup>an</sup>, in Vishegradensi<sup>ao</sup> Ioannes Zaborowski<sup>ap</sup>, in Liveni Georgius Broskowski<sup>aq</sup>. Terraे seu palatinatus Ravensis<sup>ar</sup> exactor ex nomine generosus Ioannes Boguski<sup>as</sup> iudex Ravensis decem marcas habebit pro salario. Terraे Gostinensis exactor Gaspar Szczavinski<sup>at</sup> vexillifer decem marcas, terraे Sochaczowiensi<sup>au</sup> exactor Ioannes Schimanowski<sup>av</sup> dictus Golan decem marcas. Dobrzinensis<sup>aw</sup> ex nomine generosus Valentinus Orlowski<sup>ax</sup> quindecem marcas pecuniarum.

[4]. Palatini vero seu in eorum absentia castellani vel deputati qui de dispensandis pecuniis curam supremam habebunt, habituri sunt pro labore et impensis suis quisque illorum triginta marcas. Qui vero illis adiungentur<sup>ay</sup> ex ordine equestri et qui dispensatores vocabuntur, quisque illorum decem marcas est pro salario suo habiturus et pro expensis in comportanda pecunia ad loca designata faciendis quisque illorum percipiet marcas viginti.

[5]. Item eligemus cum capitaneo generali praefectos militum in quolibet palatinatu viros possessionatos et rei militaris peritos si reperiri poterint. Ipsi vero praefecti delectum facient militum in palatinatibus pro arbitrio suo.

[6]. Quisque praefectus militum qui centum<sup>az</sup> equites in suo comitatu et praefectura habuerit, habebit<sup>ba</sup> servitium super decem equos et ad singulum equum stipendum decem florenorum per

<sup>f</sup> Chanczinensi MK<sub>2</sub>, Dr<sub>1</sub>; Checzinensi Dr<sub>2</sub>; Chęcinensi VL. <sup>g-g</sup> Hieronimus Chrzanstowski MK<sub>2</sub>; Ieronimus Chrastowski Dr<sub>1</sub>; Hieronymus Chrastowski Dr<sub>2</sub>, Hieronymus Chrząstowski VL. <sup>h</sup> Vislicensi Dr<sub>1</sub>, VL. <sup>i</sup> Pilzensi Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL.

<sup>j</sup> Calissiensis Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>k</sup> Potforowski Dr<sub>2</sub>, VL; Pothforosi Dr<sub>1</sub>. <sup>l</sup> Gomolinsky MK<sub>2</sub>; Gomoliński VL. <sup>m</sup> terrae Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>n</sup> Tu i poniżej w VL: Brestensis. <sup>o</sup> Makowieczki MK<sub>2</sub>; Makowieczki Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>; Makowicki VL. <sup>p</sup> Mosczenksi MK<sub>2</sub>; Mosczenksi Dr<sub>2</sub>; Mosczeński VL. <sup>q</sup> Lesnyowski MK<sub>2</sub>; Lesiowsky Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>; Leśniowski VL. <sup>r</sup> Pozostawiono okienko w MK<sub>1</sub>, Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>s</sup> Osmolsky MK<sub>2</sub>; Osmolski Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>t</sup> Vrzandowiensi Dr<sub>1</sub>; Urzendoviensi VL. <sup>u-u</sup> W VL: marcae 16, grossi 32. <sup>v</sup> Łucoviensi VL. <sup>w</sup> Iwanowsky MK<sub>2</sub>; Iwanowski Dr<sub>2</sub>, VL; Ivanowski Dr<sub>1</sub>. <sup>x-x</sup> W VL: marcae 8, grossi 16.

<sup>y</sup> Marcinowski VL. <sup>z</sup> Brak imienia, okienko w MK<sub>1</sub>, Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>aa</sup> Czermynski MK<sub>2</sub>; Czermienski Dr<sub>1</sub>; Czirmienski Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>ab</sup> Mazouie MK<sub>2</sub>; Masoviae VL. <sup>ac</sup> quotquot VL. <sup>ad-ad</sup> Brak w VL. <sup>ac</sup> Warschowiczki MK<sub>2</sub>; Varszewiczki Dr<sub>1</sub>; Varssewiczki Dr<sub>2</sub>; Warsewiccki VL. <sup>af</sup> Ilowski Dr<sub>1</sub>. <sup>ag</sup> Zacroczimensi Dr<sub>2</sub>; Zakroczymski VL. <sup>ah</sup> Lelowski Dr<sub>2</sub>.

<sup>ai</sup> Ciechanouiensi Dr<sub>2</sub>; Ciechanoviensi VL. <sup>aj</sup> Czernicki VL. <sup>ak</sup> Warschouensi MK<sub>2</sub>; Varszouensi Dr<sub>1</sub>; Varszowiensi Dr<sub>2</sub>; Varsaviensi VL. <sup>al</sup> Gloskowski Dr<sub>2</sub>. <sup>am</sup> Wisnensi MK<sub>2</sub>. <sup>an</sup> Jezowski MK<sub>2</sub>; Gezowski Dr<sub>2</sub>. <sup>ao</sup> Wissegradensi MK<sub>2</sub>; Vissegradensi Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>; Vissogrodensi VL. <sup>ap</sup> Zaborowski Dr<sub>2</sub>. <sup>aq</sup> Broskowski Dr<sub>2</sub>. <sup>ar</sup> Tu i poniżej: Rawensis Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>; Ravensis VL. <sup>as</sup> Bogucki VL. <sup>at</sup> Szczawinski MK<sub>2</sub>; Szczawinski Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>au</sup> Sochaczowiensi Dr<sub>2</sub>; Sochaczowiensi VL. <sup>av</sup> Szumanowski Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>; Szymanowski VL. <sup>aw</sup> Dobrzymensis VL. <sup>ax</sup> Orlowski VL. <sup>ay</sup> adiuvabant VL. <sup>az</sup> ducentos Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>ba</sup> aut paulominus habebit Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL.

triginta grossos quemlibet florenum computandos. Reliquis vero militibus solvetur stipendium super quemlibet equum ad quodlibet quartale anni per sex florenos, per <sup>bb</sup>-triginta grossos<sup>bb</sup> computando.

[7]. Quilibet autem praefectus non per substitutum sed solus per se ipsum ducere debet comites seu commilitones suos tam eundo ad terras Russiae quam inde redeundo et prospicere ne damna fiant hominibus spiritualibus et saecularibus aut eorum subditis, neve ab illis stationes exigantur. Et damna quae facta fuerint ipse praefectus pro illis convenietur et ad solutionem resarcionemque illorum erit obligatus.

[8]. Ut autem praefectus possit providere indemnitatii suaee, cum ob culpam alterius nemo multari debet, reservabit<sup>bc</sup> apud se partem aliquam pecuniae<sup>bd</sup> commilitonibus suis solvendam, cum ad terras Russiae cum illis proficietur. Et similiter cum ad domum cum eis revertetur, ut si in itinere et profectione aliquis comes seu socius eius damnum cuiquam homini cuiuscunque status fecerit et resarcire illud noluerit, ipse pro illo ei qui damnum<sup>be</sup> passus est sub testimonio sociorum suorum satisfaciat, et posthac eidem militi qui damnum fecerit de eius<sup>bf</sup> stipendio id quod pro eo solverit, detrahat et defalcat.

[9]. Idem praefectus cuiuslibet palatinatus duabus septimanis ante finitum seu expiratum servitium suum et comitivae suaee de castris et terris Russiae discedet, ut comitivam suam sub oboedientia sua habeat, et in officio contineat prohibereque commodius possit, ne damna hominibus et miseris colonis ac spiritualibus inferantur.

[10]. Idem praefecti militum providere debebunt, ut neminem suscipiant ad militiam nisi ad summum in decem equis inferius in octo, septem, sex, quinque, quattuor. Et unusquisque militum per se ipsum serviat, non per substitutum et servos suos.

[11]. Litterae indemnitatii non videntur esse dandae praefectis et eorum comitivis prout anno illo, quo hoc modo contributio exigebatur ab hinc secundo etiam<sup>bg</sup> non erant datae, sed stabitur pro damnis, eademque damna suscipientur a praefectis et eorum sociis per capitaneum generalem seu imperatorem exercitus ac per palatinos et exactores ac illis adjunctos persolventur.

[12]. Terrae Minoris Poloniae habebunt unum notarium, videlicet generosum Ioannem Myleczki<sup>bh</sup> castellanum Vislicensem qui conductus publicis pecuniis hoc est ex singulis palatinatibus viginti marcis, militibus mercenariis ad terras Russiae pecuniam perferat et eam illis numerabit secundum regestra conscriptionis, quae apud se habebit. Pecunia autem ex Cracoviensis, Sandomiriensis, Lublinensis palatinatibus Sandomiriam comportabitur per dispensatores impensis ex salario eorum faciendis.

[13]. Terrae vero Maioris Poloniae mittent pecuniam contributionum suarum in Lanciam, et hic palatinatus Masouie<sup>bi</sup> includi debet, quam inde notarius perferet in Russiam ex nomine generosus Andreas Roszkowski<sup>bj</sup> castellanus Szremensis<sup>bk</sup>, si voluerit hoc munus obire. Si vero noluerit, tunc generosus Venceslaus Zaremba<sup>bl</sup>, qui in illius locum surrogabitur. Qui etiam notarius ex singulis palatinatibus habebit pro mercede per marcas viginti et solvet stipendia militibus illic militantibus secundum regestra conscriptionis, quae illi ex unoquoque palatinatu mitti debent. Quoniam vero ad conjecturam et veri similitudinem conscriptus<sup>bm</sup> est numerus militum in singulis palatinatibus suscipiens<sup>bn</sup> et fieri possit, quod alicubi milites sint plures quam pecuniae, alicubi e diverso pecuniae plures quam milites, statuimus cum senatoribus nostris et terrarum nuntiis, ut in quibus pecunia exuberet palatinatibus ultra milites susceptos ex his ad illos palatinatus<sup>bo</sup> ubi deficeret suppeditetur.

[14]. De terris autem Russiae exactores portabunt pecuniam Leopolim et eam notario Minori Poloniae numerabunt.

[15]. Quoniam vero spes est solutis stipendiis militum non paucam tam in Maiori quam in Minori Polonia et Russiae terris in residuo mansuram pecuniam, statuimus ut quicquid publicae eius pecuniae contributae reliquum erit ex ea ne quicquam a quodquam contrectetur, sed asservetur diligenter collecta residua pecunia hoc modo: primum in Maiori Polonia quicquid erit

<sup>bb-bb</sup> 14 scotos Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>bc</sup> W VL *blędnie*: Reservabii. <sup>bd</sup> pecunio MK<sub>2</sub>, <sup>be</sup> damnam MK<sub>2</sub>, Dr<sub>1</sub>, <sup>bf</sup> eis MK<sub>2</sub>, Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>.

<sup>bg</sup> Brak w VL. <sup>bh</sup> Myleczki MK<sub>2</sub>, VL; Mieliezki Dr<sub>1</sub>; Mieleczki Dr<sub>2</sub>. <sup>bi</sup> Mazouie MK<sub>2</sub>; Masouiae Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL.

<sup>bj</sup> Rosskowski MK<sub>2</sub>. <sup>bk</sup> Srzemensis MK<sub>2</sub>. <sup>bl</sup> Zaramba MK<sub>2</sub>. <sup>bm</sup> inscriptus VL. <sup>bn</sup> suscipiens VL. <sup>bo</sup> palatinus MK<sub>1</sub>, MK<sub>2</sub>.

residuum exactor id in custodiam committet proconsuli et consulibus civitatum<sup>bp</sup> Lanciciensis, deinde in Minori Polonia, hoc est in Cracouiensi, Sandomiriensis, Lublinensis palatinatibus quicquid remanserit, id in custodiam civibus Sandomiriensibus concretetur, Russiae vero omnia quae reliqua erunt, tradentur in depositum civibus Leopoliensibus.

[16]. Nomina autem dispensatorum haec sunt: terrae et palatinatus Cracouiensi: generosus Marcianus Chełmski vexillifer Cracouiensis; Sandomiriensis terrae et palatinatus generosus Stanislaus Domarad; Posnaniensis Roch Koszmiński<sup>bq</sup>; Calissiensis generosus Ioannes Zaremba; Siradiensis generosus Ioannes Glowaczki<sup>br</sup> iudex Siradiensis; Lanciciensis generosus Adam Pucek<sup>bs</sup> Bierzwinsky<sup>bt</sup>; Brzestensis generosus Ioannes Bodzanowski; Iuniwladislauiensis<sup>bu</sup> Plomyczki<sup>bv</sup>; Russiae generosus Vilbrordus<sup>bw</sup> Zorawinski; Lublinensis Andreas Lassota<sup>bx</sup>, subiudex et succamerarius Lublinensis; Belzensis et Chelmensis generosus Lazarus Łaszcz<sup>by</sup> venator Belzensis; Podoliae Michael Kostrzewski; Plocensis generosus Hieronimus Nakuaski<sup>bz</sup> pincerna<sup>ca</sup>; Mazouie<sup>cb</sup> venerabilis Nicolaus Kobilniczki<sup>cc</sup> decanus Camenecensis; Rauensis generosus Albertus Glogowski<sup>cd</sup> pincerna Gostinensis; terrae Dobrzinensis generosus Ioannes Lasoczki<sup>ce</sup>. Qui omnes habebunt salarium ut suprascriptum<sup>cf</sup> est.

[17]. In singulis palatinatibus numerus militum mercenariorum qui infra est annotatus suscipietur: in palatinatu Cracouiensi equites sexingenti<sup>cg</sup> et nonaginta, pedites vero ducenti<sup>ch</sup>. In palatinatu Sandomiriensi equites quingenti et nonaginta, pedites centum. In palatinatu Lublinensi equites centum quinquaginta. In palatinatu Belzensi et Chelmensi equites centum quinquaginta. In palatinatu Russiae equites sexingenti, pedites vero centum. In Podoliae palatinatu equites quadraginta. In palatinatu Posnaniensi equites trecenti nonaginta. In palatinatu Calissiensi equites quingenti. In palatinatu Siradiensi equites quadringenti nonaginta. In palatinatu Lanciciensi equites trecenti. In <sup>ci</sup>palatinatu Brzestensi<sup>ci</sup> equites centum nonaginta. In palatinatu Iuniwladislauensi centum quadraginta equites. In terra Dobrzinensi equites octoginta. In palatinatu Plocensi <sup>cj</sup>-ducenti quadraginta equites<sup>vj</sup>. In <sup>ck</sup>-palatinatu Rauensi<sup>ck</sup> equites tricenti quinquaginta. In Ducatu Masonie<sup>cl</sup> septingentos equites.

[18]. Istius autem exactionis et pecuniae collectae exactores et dispensatae dispensatores dabunt regesta rationum in manus notariorum tam in Maiori quam in Minori Polonia. Qui deinde notarii per se vel per<sup>cm</sup> substitutos suos, vel soli vel cum singulis exactoribus<sup>cn</sup>-et dispensatoribus<sup>cn</sup> in singulis terris tempore particularis futuri conventus acceptae et expensae pecuniae rationem facient eandem in conventu futuro generali repetituri.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum<sup>co</sup>-est subimpressum<sup>co</sup>. Datum<sup>cp</sup> Cracouiae in conventu generali sabbato in crastino festi<sup>cq</sup> sancti Valentini anno Domini<sup>cr</sup> millesimo quingentesimo tricesimo nono [15 II 1539], regni vero nostri tricesimo tertio<sup>cr</sup>. <sup>cs</sup>-Palatini vero seu dispensatores in quolibet palatinatu militibus mercenariis pro dominica Conductus Paschae proxima [13 IV 1539] pecuniam errogabunt. Et idem palatini denuntiabunt conscriptionem militibus Leopoli pro dominica Rogationum [11 V 1539]. Datum ut supra. Ad mandatum Regiae Maiestatis proprium<sup>cs</sup>.

<sup>bp</sup> civitatis MK<sub>2</sub>, Dr<sub>1</sub>, VL. <sup>bq</sup> Kozmynski MK<sub>2</sub>; Kozminski Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>; Koźmiński VL. <sup>br</sup> Głowacki VL. <sup>bs</sup> Pucek Dr<sub>2</sub>, VL.  
<sup>bt</sup> Byerzwinsky MK<sub>2</sub>; Bierzwinski Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>bu</sup> Iuniuladislawiensis Dr<sub>1</sub>. <sup>bv</sup> Plomikowski, z okienkiem na wpisanie imienia: MK<sub>2</sub>, Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>bw</sup> Wilbrodus MK<sub>2</sub>. <sup>bx</sup> Lassota Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>by</sup> Łaszcz MK<sub>2</sub>, Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>; Łaszcz VL. <sup>bz</sup> Nakwaski Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>ca</sup> Brak w MK<sub>2</sub>, Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>cb</sup> Mazouie MK<sub>2</sub>; Masoviae VL. <sup>cc</sup> Brak imienia w MK<sub>1</sub>, Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>; Kobylnicki VL. <sup>cd</sup> Glogowski VL. <sup>ce</sup> Lasoczky MK<sub>2</sub>; Lassoczki Dr<sub>1</sub>; Lasocki VL. <sup>cf</sup> scriptum VL. <sup>cg</sup> sexcenti VL. <sup>ch</sup> W VL te i dalsze liczby podane są cyframi. <sup>ci-cj</sup> W MK<sub>2</sub>, Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL: Brzestensi palatinatu. <sup>cj-cj</sup> W VL: equites 240. <sup>ck-ck</sup> Rauensi palatinatu MK<sub>2</sub>; Rawensi palatinatu Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>. <sup>cl</sup> Mazouie MK<sub>2</sub>. <sup>cm</sup> Brak w VL. <sup>cn-cn</sup> Brak w MK<sub>1</sub>. <sup>co-co</sup> praesentibus est impressum MK<sub>2</sub>, Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. <sup>cp</sup> Brak w Dr<sub>2</sub>. <sup>cq</sup> Brak w MK<sub>1</sub>. <sup>cr-cr</sup> M<sup>o</sup>D<sup>o</sup>XXXIX. Ad mandatum regiae maiestatis proprium MK<sub>2</sub>, Dr<sub>1</sub>; M<sup>o</sup>D<sup>o</sup>XXXIX. Regni vero nostri XXXIII. Ad mandatum sacrae regiae maiestatis proprium Dr<sub>2</sub>; 1539, regni vero nostri 33 VL. <sup>cs-cs</sup> Brak w Dr<sub>1</sub>, Dr<sub>2</sub>, VL. W MK<sub>2</sub> dopisek ten występuje w innym brzmieniu: Sed ne pecunia per dispensatores ab exactoribus collecta ad loca deputata comportari a militibus mercenariis errogari negligatur, statuimus, ut dispensatores tam Maioris Poloniae Lanciciam quam Minoris Sandomiriam, terrarum vero Russiae Leopoli pro dominica Conductus Pasce pecuniam collectam comportent et pro illo tempore militibus una cum palatino et notario ad hoc designatis.